



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Divortium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

amuni sententia, *de spons. 2. p. c. 8. §. 6. num. 11.*

Decimò, si dos promissa fuerit marito, & non soluta, an teneatur alere uxorem, negativè responder Addit. *ad quest. 87. Capel. Tolos. secus si non fuerit ei promissa, quia tunc tenerentur eam alere etiam si ei non solvatur, idem ibidem, oppositum tuetur Covar. de spons. 2. p. c. 6. n. 2.*

Undecimò, an debeatur à parte filia, si nupserit alicui invito patre? Respondetur quod sic, modò nupserit viro honesto, Capel. Tolos. q. 299. aliàs non, Joan. Andr. *in c. accedens, de procur. gl. in c. n. l. 32. q. 2. idem de avo paterno, non autem materno: idem si fuerit semel dotata, & dos est deperdita, addit. ibid.*

DIVORTIUM.

Divortium, quoad separationem thori, non debet fieri sine licentia Episcopi, tamen facta tenet. Abb. *in eis quæ allegat. in ca. praterea, de convers. coniug. num. 3. Covar. de spons. 2. p. cap. 7. §. 6. num. 8.*

DELEGATUS.

Primò, iurisdictio delegati incipit perpetuari per solam citationem, Guid. Pap. q. 421. num. 2. Gom. *in q. 3. col. 1. vers. tamen contrarium, de subrog. collig. gl. in Clem. 2. ut lite pendens. Gom. in q. 45. de ann. possess. §. 9. 81. & 54. & 56. ibidem, & sic etiam mortuo delegante, non expirat iurisdictio delegati: ratio quia res non est integra, l. licet, c. relatum, c. legatos, *de offi. deleg. extra, lib. 6. Maran. 4. p. 4.**

5. num. 61. hoc intellige, si fuit factum decretum citationis vivente delegante, licet executio facta sit illo mortuo, Rot. *decis. 9. de dolo & contum. in antiquis, Cuputaq. decis. 125. p. 2.*

Secundò, in gratiis, etiam reintegra, morte mandantis non expirat iurisdictio delegati, *cap. si super eo. tit. lib. 6. cap. si cui, de prob. eod. lib. vide decis. Rot. de offic. deleg. in novis. 12. aliàs 349. & decis. 19. de prob. in novis. Staph. de lit. grat. fol. 202. ar. 1. 2. & 3. Gom. tract. de praudicio, numer. 127.*

Tertiò, etiam per citationem nullam ipso iure perpetuatur iurisdictio, Gom. *in c. 1. n. 126. de constitu. lib. 6. limitatur hoc, nisi sit defectus iurisdictiois, quia tunc secus, idem quest. 45. de ann. possess. an etiam per rescriptum subreptitium detur iurisdictio? Respondetur quòd sic, Innoc. *in c. super lit. n. 6. de rescript.**

Quartò, delegatus debet citare cum inserto tenore sui rescripti, ad eò quod hoc non factò, non teneatur pars citata comparere, Innoc. & Hostien. *in c. propterea, de dilat. Guid. Pap. q. 445. Maran. q. 1. d. 5. num. 59. & infra, & 6. p. tit. de cit. num. 75.*

Quintò, delegatus Principis regulariter potest subdelegare. Hoc fallit primò in nudo ministerio sibi commissò, *cap. fin. §. ultim. de offic. deleg. Secundò fallit, quando eligitur industria personæ, c. si cui, co. tit. l. 6. & quando eligitur ex verbis delegationis Capyc. *in dec. 157. num. 6. Abb. in c. singulis, num. 3. de statu mon. Tertiò fallit in his, quæ princeps sibi reservavit, quæ postea alicui remittit, Covar. l. 3. c. 20. num. 6. Quartò fallit in delegato**